



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

Admonitio ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## ADMONITIO AD LECTOREM.

**A**NNI sunt circiter quindecim, CANDIDE LECTOR, cum Demonstrationis hujus designationem & apparatum animo primum informavi. Quae cum mibi ad sancta nostra Religionis tuendam veritatem, ejusque convincendos adversarios utilis impensis videbatur & efficax, de ea inter amicos, cum quibus cogitata mea & consilia libenter communicare soleo, quotiescumque se tulisset occasio, facile differebam. Non dum autem existimaveram futurum, ut à me aliquando traduceretur scriptis, & publici juris fieret. Verum ita res se dedere, ut quod privatim fueram commentatus per eum, id mibi multis difficultatibus & angustiis disticto in literas esset alieno tempore referendum. Quantacunque vero adhibita est à me diligentia, res tamen abiit in diem, & alii porro aliisque institutum interpellantibus negotis, in aliquos annos protracta est. Moram deinde nostram exceptis segnitia Typographorum, quorum sub prælis totos hanc viginti menses Liber hic misere vexatus est. Hinc factum porro, ut ad multos manarit suscepti operis fama; nec opus duntaxat ipsum, sed modus etiam & ratio; nec ipsa solum rerum fastigia, sed membra quoque & partes fuerint peruvigate. Venitabant itaque complures ad me, Propositionumque mearum causas & argumenta querebant. Respondebam ego candide ad singula, ineptum ratus ea dissimilare velle, qua propediem ventura essent in lucem, & jam è manibus exiissent meis; quaque ne tum quidem classsem, cum in mea potestate essent. Huc accessit, quod in patente Typographeo folia, non curiosis solum oculis instrari, sed perlegi etiam, fortasse & ventibus operis, quod nimis sepe sit, sappilari poterint. Quid multa? adeo demum res reddit, ut scriptioris nostra precipua quedam capita occuparent viri docti, neque indigna censuerint, que operibus suis intexerentur. Prodierunt ergo libelli aliquor, in quibus cum mi meaque agnoverint amici, rem ad me non sine stomacho retulerunt. Ego vero letari contra, & felicem nostræ laboris exitum jam inde augurari. Nam cum in maximo omnium versatus essem arguento, in quo offendere promptum esset; labi, grave & periculosum plurimaque nova ad hanc diem & iudicia proposuisse, vehementer equidem judicia hominum reformidabam. Nunc vero non mediocrem nisi fateor accessisse confidentiam, postquam intellexi cogitationes hanc nostras & sententias ita jam probari cruditis hominibus, ut eas etiam, ne interpolatas quidem, sed totidem repensas verbis, in se transferrent, palamque adoptarent; & ex iis, in angustum licet à se contractis, & exanguibus ac exuccis, aliquem ad vulgus fructum, aliquam ad se laudem speravent esse peruenturam. Vale.



DEMONSTRATIO